



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo

Le Mire, Aubert

Brvxellis, 1627

3. Horreensi virginum monasterio apud Treueros dat priuilegium Leo Papa II. circa annum 682.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10903

N O T A T I O.

De SS. Maximino, Modoaldo, Paulino & alijs fusè egimus in Fastis nostris Belgicis.

C A P V T I I I.

Horreenfi Virginum monasterio apud Treueros dat priuilegium Leo Papa II. circa annum 682.

EGO LEO Vicarius S. Petri Principis Apostolorum, meritis quidem impar, vice tamen ipsius dignitate Romani fungens præfulatus, cœnobium HORREENSE à MODOVALDO Treuerorum Archiepiscopo, subministrante beata MODESTA, filia fororis eius, è regalibus horreis, à quibus & nomen accepit, ad diuini cultus officium restaurandum, post discessum beatę virginis IRMINÆ, quę prima hunc locum prouehendum suscepit, tantâ reuerentiâ & honore apprimè donatum accepimus, vt matre istius congregationis vita excedente, nulla ab extraneis quocumque modo, sed vna ex ipsis subrogetur, Principibus ecclesię Treuerensis ex consulto fauentibus, sororibus electione potitis, ipso quoque Præsule deuotè anuente.

Quod tanta auctoritate subnixum, vt in æternum stabile permaneat & fixum, in nomine Iesu Christi Domini nostri, sanctique prædecessoris Petri, & omnium electorum Dei, aeterno seruetur damnandus iudicio, si quis Prælatus tanto hîc commorantes exinauerit priuilegio. Fiat, fiat, amen, amen.

N O T A T I O.

De S. Irmina, Dagoberti Francorum Regis filia, Martyrologio Rom. inscripta, in Fastis & Annalibus Belg. tractauimus.

Hb 3

CAPVT